Pro secunda Memoria dicatur Antiphona Hæc est Virgo., ut in ij. Vesperis super Psalmos.

Pro tertia Memoria dicatur hæc Antiphona :

Ant. iv. toni.



MEDI-A nocte clamor factus est : Ecce sponsus



ve-nit, exí-te óbvi-am e-i. T. P. e-i, alle-lú-ia.

❧ Dicta Antiphona ut supra, si de una Virgine Ordinis Prædicatorum fiat Memoria, sequitur

℣. Ora pro nobis beáta N. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

❧ Ad Memoriam autem seu Memorias de aliis Virginibus, post singulas Antiphonas dicantur singuli Versiculi ordine infrascripto.

I. ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum., nisi jam post Hymnum dictus fuerit.

II. ℣. Spécie tua et pulchritúdine tua. ℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

III. ℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

❧ Ad faciendam Memoriam plurium Virginum.

Ant. iv. toni.



PRUDENTES Vírgines aptáte lámpades vestras :



ecce sponsus ve-nit, exí-te óbvi-am e-i. T. P. e-i,